



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 83. Fœdus inter Galliarum Regem & Matthiam Regem Hungariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. donatus, quin etiam ab ea Britannia
 A.C. 1488. Pro-Regis dignitate auctus est. Minus
 tamen propitiam Aureliæ Dux expertus
 est Comitissam; hæc enim tam nobilem
 captivum vindictæ suæ arbitrio relictum
 sibi gratulabatur, ac gaudio inde conce-
 pto imperare nescia, illum primo Lusig-
 nanum in Pictavia sub valida custodia de-
 duci, ac paulo post in magnam Bituri-
 censem Turrim conjici jussit, demum ve-
 ro Andegavum, ubi tum Rex agebat,
 delatum, in arce inclusum detinuit. In-
 terim Trimollius continuato victoriæ cur-
 su Dinantium, ac Maclovium opera Vi-
 ce-Comitis de Rohan occupavit; hic
 enim natione Brito, Gallorum partibus
 accesserat, ut eorum ope sua in Britan-
 niam jura efficacius prosequeretur, quem
 Ducatum sibi eo nomine deberi conten-
 debat, quod Mater sua Maria de Britan-
 nia, nec non ejusdem soror Margarita
 prima Ducis conjux, unicæ essent Fran-
 cisci I. hæredes.

§. LXXXIII.

*Fœdus concordia Gallum inter &
 Britannum.*

Britanniæ Dux hac rerum vicissitudine
 inter arcta deprehensus, in Angliam
 fugere animo volutabat; non deerant
 tamen, qui Duci auctores essent, fatius
 fore,

fore, Regis gratiam experiri; placuit ^{Sæcul. XV.}
 Duci consilium, hancque in rem Dunen- ^{A.C. 488.}
 sem & Convenensem Comites ad Caro-
 lum Regem ablegat, eidemque literas
 mittit submissione plenas, atque illum
 supremum Dominum, se vero illius va-
 fallum appellat. Ergo Andegavi con-
 grediuntur, ubi etiam Rex Britanni Du-
 cis Oratores alloquio excepit.

Haud levibus argumentis Britannicæ
 hæreditatis jura sibi assererat Carolus
 VIII.; quippe Nicolaus de Britannia Co-
 mitis Blesensis hæres Ludovico XI. sua
 jura cedebat. Ergo ad rem ex æquo di-
 judicandam utrinque arbitros constituere
 oportuit; jam frequens hac super re con-
 sultatio habebatur Andegavi in castro Ver-
 giensi, quod Giensi Marescallo parebat.
 Attamen, cum rei gravitas maturiorem
 deposceret discussionem, magisque tran-
 quillitatis in Britannia revocandæ neces-
 sitas urgeret, præplacuit Regi, pacem
 reddere sequentibus concordie legibus.
 I. Missos faceret Dux omnes sibi confœ-
 deratos, atque exterorum societates,
 proin ex suo exercitu dimitteret Anglos
 & Navarros. II. Filias suas, absque Re-
 gis consensu, nuptui non daret, hicque
 articulus a Britannicæ ordinibus ratus ha-
 beretur: si qui vero eam legem perfrin-
 gerent, Regi ducentorum aureorum mil-

Hist. Eccles. Tom. XXX. A a lium

Sæcul. XV.
A.C. 1488.

lium multam penderent. III. Nullas exterorum copias Dux adversus Gallos in suas ditiones reciperet. IV. Partas urbes regi cederet, uti sunt, Maclovium, S. Albini oppidum, Dinantium, & Feliceriæ. V. Has urbes Ducis Filia post obitum Patris pro jure suo repeterent, eisque Rex illas, compensatis sumptibus redderet, si causa sua ac jure in eas casurus esset. VI. Concederet Dux, exigente necessitate, Gallis per suas ditiones transeundi libertatem. Hæc pacta die vigesima octava Augusti utrinque Sabolii firmata fuere.

§. LXXXIV.

Francisci II, Britannicæ Ducis obitus.

Priusquam hæc conventa effectui darentur, Britannicæ Dux rebus humanis valedixit; quippe ex equo forte dejectus Nannete, vel ut alii volunt, Cæronii die nona septembris, tædio atque calamitatibus confectus naturæ concessit. Numerabat quinquagesimum tertium ætatis suæ annum, duos menses, diesque sexdecim; regnabat autem annos omnino triginta. Corpus ejus Nannete in Ecclesia Carmelitarum terræ mandatum quiescit. Filiarum suarum curam ac tutelam Rivenarum Marescallo testamenti legi-